Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25997
Copyright: Admont, Benediktinerstift



gelium legeretur audistis. Vbi audistis litus. intelligite fi
nem maris. Vbi audistis finem maris. intelligite finem sc̄li.
In illa piscatione non ad litus attracta sunt retia. s; ipsi pisces
qui capti sunt. in nauiculis fusi sunt. hic aut̄ traxerunt ad
litus. Spero finem sc̄li. Yenturus ē finis. bonus dextrorum.
malus sinistrorum. Et quid pisces. Attraxerunt inquit re
tia habentia pisces centum quinquaginta tres. Et adiecit
euangl̄ista rem necessariam. Et cum tanti id ē tam magni
ēent. non ē scissum rete. Magni erant. s; heresis n̄ erat. & id̄o
magis heresis non erat. quia magni erant. Qui sunt magni.
Lege uerba ipsius dn̄i in euangl̄io. & inuenies magnos. Ait enī
quod̄a loco. Non ueni legem & ꝓph̄as soluere s; adimplere.
Amen enim dico uobis q̄uo quicunq; soluerit unum de man
datis istis minimis. & docuerit sic bona dicendo. soluerit ma
le uiuendo. minimus uocabitur in regno cęlorum. S; in quo
regno cęlorū. In ęccl̄a quę modo ē. quia & ipsa uocatur re
gnum cęlorum. Nam si non uocaretur regnum cęlorum
& ista ęccl̄ia quę colligit bonos & malos. non diceret ipse
dn̄s in parabola loquens. Simile ē regnum cęlorum sagenę
missę in mare. & congreganti omnia genera piscium. S; ecce
quid sequitur. Simile ē regnum cęlorum sagenę missę in ma
re. Sagena retia sunt quę congregant omnia genera piscium.
S; quid. Attrahunt illam ad litus. Hoc in parabola dn̄s dicit.
Et cum traxerint ad litus. sedent & colligunt bonos & mittunt
in uascula. malos autem ꝓiciunt. & exposuit quid ꝓposuit.
Quid enim ait. Sic enim erit in consummatione sc̄li. Intelle
xistis litus. Yenient inquit angl̄i & colligunt malos de me
dio iustorum. & mittent in caminum ignis ardentis. Ibi erit
fletus & stridor dentium. Tamen regnum cęlorum appellat